

Dialogus quartus, de compositione  
Lunaris radij & spiraculi, cum ani-  
mali spiritu.

## VRANIA.

**D**ICI non potest, diuine Aescula-  
pi, quam grata mibi fuerint pre-  
cedentia colloquia. In reliquis, se-  
quo coepit est pede, perrexeris, iacta video  
fundamenta nostri coniugij, hoc est, harmo-  
niae humani corporis & cœli. Quando itaq;  
tu & respondendo, & docendo non desati-  
garis, nec item ego cum quarendo, tum discē-  
do, alia ag gredi nunc demum meditor: à Lu-  
na amita tua gradum mihi faciens: tāquam  
à potissimo post Sole, totius naturæ organo,  
quemadmodum ex Trismegisto, tuus trans-  
scripsit Galenus. Hanc certum est ex se, nec  
radium habere, nec natuum lumen, nec mu- Lunæ corpus  
tationū penes menstruos schematismos vim  
ullam, nisi quatenus à patre tuo Sole, cœle-  
stium ignium foco luculentissimo, larga ma-  
nu vel auara ei concessum est. AESCVL. Humanū corp.  
Sic corporeæ moles, Vrania, cuius statum per absque animali  
morbos & sanitatem Galeno meo, & Ptole- spiritu & radia-  
meo eius contemporaneo prodit Luna, Vini- tiōe eius est in-  
utile.

C

HARMO. HVM. CORP. ET COELL.

Donū sol  
pūbris de  
aliquo loco  
venit in  
rū agit  
e mīra  
Luna à Sole suū ac concessum. V R A N. Praēclarè sānè, sed  
lumē gratis fa-  
neratum, gratis  
deorsum refun-  
dū pulcherrimo (à quo nihil habuerunt Aca-  
demici, vnde mentem diuinam propius ostē-  
derent, & expressius mundum ab illa regi fi-  
gurarent) fraterna liberalitate lumen, &  
penè dixerim pabulum, de aspectu, & con-  
sortio gratis foeneratur: ea tamen conditione,  
ut viciissim vtrunque ad conseruandam, tē-  
perandimque rerum mundi sobolem, etiam  
gratis deorsum foeneret, ac refundat. Cuius rei  
Aesculapi, quam mihi dabis in humano cor-  
pore imaginem? AE S C V L. Animalem  
facultatem vna cum Vitali, Vrania, & par-  
tes corporis duas vtriusque facultatis hospi-  
tes, nimirum cor & cerebrum. Illud, quia ca-  
loris & Vitalis lucis fons est inexhaustus,  
perinde atque Sol. Hoc, quia Lunæ naturam,  
metamorphoses & alternationes vna cum  
motu in multis (non ausim dicere in mulieri-  
bus) agnoscit: quod probant comitalium cir-

cuitus, ut per appositi meus adnotauit Galenus. Verum, ut rem totam ad ea quæ proposisti coaptem scire premium opere est, cor sanguine laudabili, temperato, & salutari in suo dextro sinu (vbi lucidissimi suaves, calidissimi & halituoſi sunt spiritus quamplurimi) saginatum, perfusum & pastum, cerebro animalem spiritum, cœlum lumen quoddam de puriore sanguine, & halitibus illis elaboratum, omnique sorde repurgatum, sufficere ac fœnerare. Quem viciſſim radiorum modo, dictum cerebrum per proprios canales & tubulos, omnibus corporis particulis ad eorum conseruationem, & præcipue ad motum, ac sensum distribuit, & gratis impertit.

*V R A.* Laudo & probo quæ dicis, Aesculapi: verum omnibus constat Lunam de lumine periclitari, & inutile corpus circumferre, si luciferam suam faciem & auricomos radios frater Phœbus ab ea vel subduxerit, vel aliunde prohibitus negauerit. *A E S C.*

Sic animalem spiritum, & proinde humum corpus de vita periclitari certum est, si vitalis ei non preluxerit: vel alicunde impeditus se se subduxerit: ut hic Solem, ille Lunam figuret. Nam tum corpus totum, non dicam stupidum & inutile, sed cui migratura

C ij

Animalis spūs  
à vitali suum lu-  
men gratis fœ-  
neratum, gratis  
deorsum refun-  
dit.

Lunaris radius  
absq; solari vi-  
gere & esse non  
potest.

Animalis spūs  
absque vitali vi-  
gere & esse non  
potest.

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

in labris seßitet anima, relinquì, tam est per-  
spicuum, & de experientia cognitum, ut ni-  
~~et dicitur~~ Lunaris radius hil magus. V R A N. Lunares radij, caligi-  
variis nubibus ne, vel fumida aliqua nube obducti, & cir-  
remistus, varia mentitur ac ef- cumuenti, nobis tum circa ipsum Lunæ cor-  
singit.

pus, tum etiam circa nubes mentiuntur mul-  
ta, ac imponunt. AE S C V L. In hanc fere

modum, radius animalis spiritus, vel eius vi-  
bratio, melancholicis fumis, biliosis item, aut  
vibratio variis pituitosis, ceu nebulis quibusdam, excepta &  
corporis fumis remista, multas visiones, & phantasias con-  
remista, varia, &c.

fingit, ac mentitur: perinde atque lunaris ra-  
dius, immo vero solaris potius: pro varia utri-  
usque (corporis, in quam, & nubis) natura.

V R A N. Hæc non admodum improbo.

Lunaris radius Sed heus tu? Luna sui luminis originem &  
& se & sua in- incrementa, à Sole, tanquam ab inextingu-  
crementa solari radio debet.

bili lucerna mutuatur: ut vniversum terra-  
rum orbem, die, nocteque illustret. Cui rei,

Aesculapi simile aliquid mihi (obsecro) de-  
monstra in humano corpore. AE S C. Dicitu-

spiritum animalem tibi ostendo: qui Platoni,

& Galeno meo, in cerebro Lunæ inauthorato

residet. Nam à vitali elaborato (cui sedes in  
corde) suā originem, & incrementa mutuatur:  
ut dies ac noctes corpus illustret, moueat ac  
vegeter. V R A N. Id vnu hinc restat, tam-

eis repetitum: Lunare lumen & spiraculum,  
 suas à Sole alternationes, ac reparations mē-  
 dicat. Vnde Σελήνη (que Latinis est Luna) Lunaris radius  
 à Grecis, ut arbitror, nomen accepit, quòd  
 σέλας, id est, splendorem, & desuper, nimi-  
 rum à Sole accipiat. AE S.C.V.L. Obtundis  
 simul ex offendis, Vrania, eandem cantile- Animalis spūs  
 nam roties canens. Semel atque iterum expo- cū sua radiatio-  
 sit unum animalem spiritum, Luna in par- ne à vitali pen-  
 te mancipatum, à corde Solem præseferente, det.  
 lucis sue, que est veluti lunaris quidam splē-  
 dor, reparationem, & deperditæ, dissipatæq;  
 substantie instaurationem accipere. Quod  
 vt facilius intelligas, hunc in modum demō-  
 stro. Vitalis spiritus qui in corde sua sibi fixit  
 tentoria, per maiorem arteriam sursum in ca-  
 rotides tantisper contendit, dum in cōtextum  
 cerebri admirabilem, seu reticularem plexum  
 permeat: ubi multis flexibus, labyrinthum di-  
 cas, varie implicatus, & cancellatis fibris ir-  
 retitus, hæret, cum etatürque, donec elabora-  
 tionem quandam acceperit. Hinc, rursum in  
 chordidem texturam perrepat: ubi exhausto  
 per nares tenuiore aere, nonnihil illius sibi  
 iungens vi cerebri ambientis, in animalem  
 spiritum plenè commutatur: qui ex contex-  
 tu deinde resflues, totos cerebri ventriculos ad

C ii

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

futuros vsus implet. Ex quo facile colligis, il-  
lum à vitali, perinde atque Lunæ lumen à

Crescēte lunari Sole manare. V R A N. Patieris & hoc po-  
ri radio, crescūt stratum tibi, ô diuine Aesculapi, isto collo-  
aquarū motus.

quio proponi. Crescente & inualeſcentे lu-  
nari radio ac lumine, crescent & inualeſcent  
aquarum motus, corporum humiditates, &

Crescente spiri osium medullæ. AE S C V L. Ita crescente  
tu animali, cre- inualeſcentēque animali spiritu, cùm corpo-  
scūt corporum rum, tum ingeniōrum motus & actiones cre-  
& animorū mo scunt ac inualeſcent. Sed hæc leuiora sunt Vra-  
tus.

nia, quām à me demonstrari debeant, & à te  
proponi. Quare si deinceps quid habes graui-  
us deprome, & nouum colloquium institue.

Dialogus quintus de collatione facul-  
tatis radiorum planetarum cum hu-  
mani corporis facultatibus.

V R A N I A.

**S**VBVEREOR ter maxime  
Aesculapi, ne nimium sciscitando  
tibi sim molesta. Non desinam ra-  
men, donec silentium mihi indixeris: persuasa  
ingenui esse animi, cui multum debeas, pluri-  
mum debere velle. Pergam itaque res meas  
coeli excutere, ut propositæ harmoniæ corpo-  
ris humani cum coelorationem, qua cœptum